



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

6. De ordinatione ad locum locutionis.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

colligebant manna hora matutina: Illa hora *Exod.16.*  
dulcedo Spiritus S. suscipitur.

*De ordinatione pertinente ad locum locutionis.*

CAPVT VI.

**S**equitur de ordinatione pertinente ad locum locutionis. Et est notandum quod cum lingua, quantum ad locutionem, speciale fit organum rationis: ad hanc ordinationem primo pertinet, vt lingua in hunc actum non exeat, quin actus rationis precedat, scilicet examinatio sermonis qui dicendus est. Vnde in Psalm. dicitur iusto, quia lingua eius loquetur iudicium, id est, sermonem examinatum. Item cum mors & vita sint in manibus linguæ, pertinet etiam ad hanc *Pro.18.* ordinationem, vt cum timore lingua exeat in actum loquendi. Item cum gubernatio linguæ fit valde difficilis & valde utilis: premittenda est oratio locutioni. Domini enim est gubernare *Pro.16.* linguam. De disciplina in locutione require, supra libro 2. Specialiter debent claustrales cauere relationes rumorum de negotiis secularibus. vnde inter abusiones claustri, rumor enumeratur. Qui ad claustrum rumores seculares afferunt, mundum quodam modo in claustrum introducunt: & faciunt fratres reminisci, quæ oportuit eos obliuisci. Periculum fratrum videntur amare, qui in nauis religionis aquam maris huius mundi volunt ponere.



O S

INCI-